

**NOTIZIARIO
DELLA
CONFERENZA
EPISCOPALE
ITALIANA**



NUMERO 6

ROMA, 30 APRILE 1970

**INSTRUCTIO DE MISSIS PRO COETI-
BUS PARTICULARIBUS** pag. 109

**PROGRAMMA DI RELIGIONE PER GLI
ISTITUTI PROFESSIONALI** " 115

**10.5.1970: GIORNATA MONDIALE
DELLE COMUNICAZIONI SOCIALI SUL
TEMA "COMUNICAZIONI SOCIALI E
GIOVENTU'"** " 117

**7.5.1970: GIORNATA PER LA MORA-
LIZZAZIONE DELL'UTENZA STRADALE** " 120

INSTRUCTIO DE MISSIS PRO COETIBUS PARTICULARIBUS.

La Nunziatura Apostolica in Italia, con lettera n.162/70 del 13.2.1970, ha trasmesso copia della predetta Instructio, pubblicata su "Acta Apostolicae Sedis", 61 (1969) pp. 806-811..

Nel testo sono stati apportati alcuni emendamenti rispetto a quello "provvisorio", pubblicato sul "Notiziario della C.E.I." (numero speciale riservato" fuori serie, del 15.6.1969, pp. VIII-XII)..

SACRA CONGREGATIO PRO CULTO DIVINO - Instructio de Missis pro coetibus particularibus..

Actio pastoralis Ecclesiae inter praecipuos fines sibi proponit fidelium institutionem, quo arctius communitati ecclesiali intersint, ita ut celebrationibus, praesertim liturgicis, sedulo consocietur unusquisque cum fratribus in Ecclesiae, tum universalis tum localis, communionem..

Coetus enim liturgicus, cui praeest qui populum Dei potestate convocandi, regendi, docendi ac sanctificandi fruitur, signum et instrumentum est

totius generis humani unitatis, imprimis quidem Ecclesiae cum Christo.¹

Quod vere in communi Eucharistiae celebratione efficitur et exprimitur, potissimum diebus dominicis et festis, cum circa Episcopum tum in coetu paroeciali, cuius pastor vices gerit Episcopi.²

Pastoralis vero cura etiam ad coetus particulares ordinatur et dirigitur, non ad fovendam quandam separationem, neque ad *parvas ecclesias* et privilegia constituenda, sed ut peculiaribus fidelium necessitatibus faveatur vel christiana vita altius perspiciatur iuxta eorum coetuum sodalium necessitates et formationem, omnibus cum beneficiis quae ex eodem peculiari vinculo spirituali vel apostolico atque ex mutuae aedificationis studio procedunt.

Quam efficaciter his coetibus peculiare huiusmodi celebrationes procedere queant, actio pastoralis experientia satis docet. Nam cum debite ac sapienter ordinantur et diriguntur, unitati paroeciae non obsunt, sed eius actioni missionariae favent, quatenus nonnulli fideles propius attingi valent, quidam vero penitus formari.

Insuper vitalis eorum coetuum vigor ex eo oritur quod studium christiana veritatis communiter peractum itemque communis animi intentio propriam vitae rationem ei conformandi, in conventibus orationis, qui dicuntur, inter se copulantur, qui modis et formulis ipsis coetui magis consentaneis agantur, ac praesertim Dei Verbi lectione et meditatione; saepe denique celebratione Eucharistiae, quae ipsos conventus complet et quasi coronat.

Vehemens est nostris diebus in his coetibus desiderium Eucharisticam celebrationem participandi. Qua de causa opportunum visum est quasdam praebere normas quae hanc celebrationem ordinent, ita ut semper composite, accurate et graviter peragatur spirituali participantium cum beneficio, atque ratione habita naturae religiosi cultus propriae.

1. Diligenter consideretur num, omnibus perpensis, in singulis casibus celebratio eucharistica actioni pastoralis revera prosit, an sit potius alius generis religiosa celebratio suadenda.

2. Inter coetus particulares, in quorum bonum Eucharistia celebrari potest, hos recensere licet:

a) Coetus congregatos ad exercitia spiritualia peragenda, ad studia re-

¹ Cf. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, n.1: A. A. S. 57 (1965), p. 5; Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, n. 83: A. A. S. 56 (1964), p. 121.

² Cf. Conc. Oec. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium*, nn. 26, 28: A. A. S. 57 (1965), pp. 31-32 et 33-36; Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium*, nn. 41-42: A. A. S. 56 (1964), pp. 111-112; S. C. Rituum Instruct. *Eucharisticum Mysterium*, nn. 26-27; A. A. S. 59 (1967), pp. 555-556.

ligiosa vel pastoralia per unum vel plures dies colenda, ad apostolatus laicorum aliusve generis consociationum conventus agendos..

b) Conventus, actionis pastoralis gratia, alicuius partis paroeciae..

c) Coetus fidelium, qui in locis ab ecclesia paroeciali dissitis commorantur, et statutis temporibus conveniunt ad religiosam formationem suam curandam..

d) Coetus fidelium unius condicionis, qui certis temporibus inter se conveniunt propter institutionem vel religiosam formationem ipsis magis congruentem..

e) Coetus familiares circa infirmos aut aetate provectos congregatos, qui domo egredi non valent quique numquam celebrationem eucharisticam possunt participare.. Quibus autem sociantur propinqui aliique curam eorum gerentes..

f) Coetus familiares, occasione data vigiliae pro defuncto aliusve singularis religiosae occasionis..

3. Eucharistica celebratio pro coetibus particularibus peragatur, plerumque, in loco sacro..

4. Facultas autem concedendi ut eucharistica celebratio pro coetibus particularibus peragatur extra locum sacrum reservatur Ordinario loci et, pro suis domibus, Ordinario religioso; qui tamen hanc facultatem, praesertim cum agitur de celebrationibus in domibus privatis aut institutis, concedant solummodo si locus sit aptus et honestus,³ exclusis tamen semper cubiculis.⁴

Caveatur insuper ne postulatio loci amplioris ac dignioris eo ducat, ut quibusdam prae ceteris familiis consulto faveatur, et ita privilegia, quae in Constitutione de sacra Liturgia⁵ improbantur, nova quadam ratione reviviscant..

5. Principia vero primaria, quae Instructione *Eucharisticum Mysterium*⁶ traduntur, prae oculis habeantur; haec praesertim:

a) Sacrificium eucharisticum et sacrum Convivium ita ad idem pertinent mysterium, ut actissimo vinculo theologico ac sacramentali alterum cum altero cohaereat..

³ Cf. *Institutio Generalis Missalis Romani*, n. 253.

⁴ Cfr. Lett. Apost. motu proprio datae *Pastorale munus*, n. 7: A. A. S. 56 (1964), pp. 5-12; Rescriptum Pontificium *Cum adnotae*, 6 nov. 1964, n. 14.

⁵ N. 32; A. A. S. 56 (1964), p. 108.

⁶ N. 3: A. A. S. 59 (1967), pp. 540-543.

b) Nulla Missa habeatur actio coetus particularis exclusive propria, sed Ecclesiae celebratio, in qua Sacerdos munere suo fungens toti actioni liturgicae, ut ipsius Ecclesiae minister, praest.

c) Omnia ita curentur, ut, tum in loci congrua dispositione, tum in rerum personarumque habitu, patriae cultus, qui vero Deo debetur, sanctissimo Eucharistiae Sacramento venerando exhibeatur.

6. Quo facilius Eucharistica celebratio evadat rerum personarumque adiunctis vere consentanea, singulae eius partes apte componantur, attentis normis generalibus, et, quae sequuntur, principiis:

a) Participatio fidelium quam maxime foveatur, attentis peculiaribus adiunctis in quibus fit celebratio et facultate id facilius obtinendi.

b) Tempus aliquod vel meditationi Sacrae Scripturae vel spirituali instructioni tribuendum, pro cuiusque coetus qualitate, celebrationem praecedere poterit.

c) Praeter initialem monitionem, celebrans de Liturgia verbi ante quam lectiones recitentur, breviter disserere potest atque de Liturgia eucharistica ante praefationem; deinde etiam aliquid dicere potest ante quam fideles dimittat. Ab hoc tamen absteineat durante Prece Eucharistica.

d) Firmo praescripto litteris *f* et *h*, quae sequuntur, notato et his exceptis quae ab aliquo "commentatore" aguntur, fideles sese absteineant considerationibus, adhortationibus hisque rebus similibus in ipsa celebratione.

e) In Liturgia verbi, pro variis rerum adiunctis, textus peculiari celebrationi aptiores seligi possunt, dummodo ex approbati Lectionarii textibus seligantur.

f) Lectiones, quae fiunt ante Evangelium, aliquis ex adstantibus. (vir vel mulier) legere valet; Evangelium autem a Sacerdote tantum aut, occasione data, a diacono pronuntietur.

g) In homilia Sacerdos mentionem habeat huius particularis celebrationis et rationes illustret inter coetum, qui actu congregatur, et Ecclesiam localem atque universalem intercedentes.

h) Oratio fidelium peculiaribus adiunctis aptari potest, servata semper sua religiosa proprietate. Caveatur tamen ne intentiones generales pro Ecclesia, pro mundo, pro fratribus qui necessitates patiuntur et pro adstante coetu penitus omittantur. Nihil obstat quo minus ritui qui intersunt, aliquam specialem intentionem, quam ipsi antea debite paraverint, adiciant.

7. Perfectior et absolutior participatio eucharisticae celebrationis sacramentali Communionem efficitur.

Quoad vero modum S. Communionis distribuendae usus adhibeatur, qui in singulis dioecesibus legitime viget. Ad Communionem autem sub utraque specie quod attinet, ea servantur quae Institutione Generali Missalis Romani⁷ statuuntur. Huiusmodi tamen S. Communionis forma non permittitur in Missis, quae domi celebrantur, nisi agitur de administrando Viatico.⁸

8. Ad fovendam fidelium participationem quaedam percipi poterit utilitas, in quibusdam maxime rerum adiunctis, etiam ex cantu sacro, quippe qui unanimitatem augeat. Tamen, hac quoque in re servantur normae de cantu et musica in sacris celebrationibus, iis omnibus remotis quae ritus sanctitati atque fidelium pietati obsistant.

9. Caveatur insuper ne eadem aptationes, quae pro his tantum casibus permittuntur, in celebrationes, quae fiunt in ecclesia pro universa fidelium congregatione, inducantur.

10. Ad condiciones autem praevias requisitas quod attinet, ut Eucharistia pro his particularibus coetibus extra locum sacrum, praesertim vero in domibus privatis, celebrari possit, haec servantur:

a) Facultas de qua in n. 4, exceptis casibus particularibus, non detur pro dominicis et diebus festis de praecepto, ne coetus liturgicus paroecialis privetur ministerio sacerdotum et fidelium participatione ad vitam et communitatis fovendam.

b) Si sacerdos celebrans non sit ipse parochus, parochum semper praemoneat. Qui relationem faciat Episcopo de celebrationibus peractis.

c) Normae circa ieiunium eucharisticum servantur, ita ut numquam S. Missam aliqua cena vel convivium immediate praecedat. Si vero haec sequantur, ne eadem mensa in qua Eucharistia celebrata est, quantum fieri potest, adhibeatur.

d) Panis pro Eucharistia sit azymus, qui solus in Ecclesia latina permittitur, eadem forma confectus, quae ex consuetudine in ceteris Missis adhibetur.

e) Tempus celebrationis non sit nox valde producta.

f) Si agitur de coetibus familiaribus, ne excludantur, qui rationabiliter petant ut celebrationem participant.

⁷ Cf. nn. 240-243.

⁸ Cf. S. C. Rituum, *Instructio Eucharisticum Mysterium*, nn. 32, 6 et 41: A. A. S. 59 (1967), pp. 559 et 563.

11. Ad certiore[m] denique effectum harum celebrationum assequendum earumque spiritualem efficacitatem plenius procurandam, in iisdem tum parandis tum peragendis dignitas totius actionis sacrae semper religiose curetur, eius forma nec non elementa magis apta, salva liturgiae praeceptorum ratione, opportune seligantur. Quapropter:

a) Textus in S. Missa adhibendi tantummodo e Missali vel ex approbatis supplementis sumantur. Reprobatur, ut arbitraria, quaevis commutatio, salvo praescripto sub n. 6, e).

b) Altaris supellex, vasa sacra et vestimenta numero, forma et qualitate praesentibus legibus congruant.⁹

c) Ad celebrantis gestus et caeremonias, nec non ad adstantium habitum quod attinet, valent ea, quae pro ordinaria eucharistica celebratione praescribuntur.

Animarum igitur pastores enixe invitantur ut harum celebrationum efficaciam spiritualem ad animos formandos altius perpendant. Tantummodo enim vim suam habent si participantes per eas ad penitus christianum mysterium cognoscendum, ad divinum cultum fovendum, ad sese in communitatem ecclesiam inserendos atque fructuosius inter fratres apostolatam caritatemque exercenda adducantur.

Quamvis his diebus nonnulli sint qui ex *rebus novis* quandoque insanis, quas ostendunt, vel ex liturgicarum celebrationum arbitrariis formis, quas excogitant, sese existimant esse *renovatos*, tamen sacerdotes, saeculares et regulares, vere de fidelium bono solliciti, compertum habeant actionis pastoralis mansurae et sanctificantis viam in constanti et magnanima fidelitate erga Ecclesiae voluntatem inveniri, quae eius praeceptis, normis et structuris exprimitur.

Quod autem ab huiusmodi ratione abducit, quamvis specie alliciat, fidelium mentes perturbat atque sacerdotale ministerium languidum infructuosumque reddit.

Haec Instructio, quam de mandato Summi Pontificis, Sacra Congregatio pro Cultu Divino confecit, et ipse Summus Pontifex approbavit, omnes Ss. Missarum celebrationes pro coetibus particularibus posthac ordinabit.

E. Civitate Vaticana, die 15 Maii 1969, in Ascensione Domini.

BENNO CARD. GUT, *Praefectus*.

H. BUGNINI, *a Secretis*.

⁹ Cf. *Institutio Generalis Missalis Romani*, nn. 268-270; 290-296; 297-310.

PROGRAMMA DI RELIGIONE PER GLI ISTITUTI PROFESSIONALI

Con legge 27.10.1969 n.734, sono state istituite, in via sperimentale, "nuove classi" che completano il ciclo di studio degli Istituti professionali. Nel corrente anno scolastico, sono già in funzione circa 350 nuove classi, per le quali il Ministero della Pubblica Istruzione pubblicherà presto i relativi programmi ufficiali.

Siamo in grado di anticipare gli orientamenti per l'insegnamento della Religione in dette classi, studiati dall'Ufficio Catechistico Nazionale e approvati dalla S. Congregazione per il Clero.

E' auspicabile che gli Uffici Catechistici Diocesani si preoccupino di orientare gli insegnanti interessati, facilitando per quanto possibile il loro compito, per molti aspetti del tutto singolare.

1.- L'insegnamento della religione nelle nuove classi degli istituti professionali si caratterizza in riferimento alle mete e ai metodi propri del piano educativo generale indicato per la sperimentazione in corso.

Con attenzione alle specifiche situazioni e aspirazioni degli alunni, si dovrà procedere costantemente a una verifica dei livelli di maturazione spirituale raggiunta negli anni precedenti, per promuovere la formazione della coscienza religiosa, mediante un confronto più personale ed organico con i dati essenziali del mistero cristiano.

2.- Per trarre indicazioni fondamentali di contenuto e di metodo, l'insegnante potrà riferirsi con vantaggio soprattutto ai principali documenti del Concilio Ecumenico Vaticano II, ai più recenti e solenni atti del Magistero e alle "Avvertenze e programmi di Religione per le scuole secondarie superiori" (30.6.1967, G.U. n.216 del 29.8.1967).

Tenga presenti inoltre le avvertenze che seguono:

- l'approfondimento del mistero cristiano deve essere inquadrato nel più vasto ambito dell'esperienza religiosa, con opportuno riferimento al clima di confronto e di dialogo che caratterizza la cultura moderna;
- evitando di imporre sintesi troppo vaste e astratte, l'insegnante curi sempre il ricorso al nucleo e agli elementi essenziali del mistero cristiano, per metterne in luce, oltre che il dato dottrinale, la dimensione storica e la portata morale;
- curi inoltre il riferimento ai problemi della cultura e della esistenza, non tanto con accorgimenti artificiali ed esteriori, quanto con l'approfondimento del significato nuovo che Cristo conferisce all'esperienza e alla storia degli uomini;

- tenga presenti le esigenze specifiche e le prospettive vocazionali degli alunni di queste classi, senza dimenticare che fundamentalmente essi hanno la stessa sensibilità e gli stessi problemi dei loro coetanei;
- promuova la partecipazione e l'espressione personale e di gruppo di tutti gli alunni, in un clima di larga fiducia, di disponibilità, di collaborazione a tutti i livelli.

3.- In linea di continuità con i programmi degli anni precedenti, l'insegnante consideri le nuove classi come un ciclo educativo unitario e sappia guidare una globale revisione dell'esperienza cristiana, tenendo presenti i temi che seguono:

- l'esperienza religiosa degli uomini del nostro tempo, con riferimento specifico ai dati costitutivi della società odierna, ai fenomeni di altre religioni non-cristiane e anche dell'ateismo, ai problemi dell'ecumenismo;
- gli elementi essenziali del mistero cristiano: centralità della morte e resurrezione di Cristo; redenzione dell'umanità e sua vocazione all'unità e alla pace in Cristo; la rivelazione del Padre, del Figlio, dello Spirito; il nuovo popolo di Dio e la sua missione nel mondo; la nuova legge, il nuovo culto, la nuova speranza; il significato nuovo dell'attività umana e del progresso sociale;
- tensioni e prospettive della vita cristiana, nella società contemporanea: i "segni dei tempi"; la libertà religiosa; il dialogo; laicità e laicità; chiesa e mondo.

Questi temi potranno essere approfonditi sulla linea delle seguenti proposte:

- problemi specifici riguardanti la persona umana (la sua dignità, la sua libertà, la sua attività) e la comunità degli uomini;
- i grandi temi dell'amore, dell'amicizia, del matrimonio, della famiglia;
- i problemi particolari riguardanti la vita della Chiesa e il suo dialogo con il mondo: la Chiesa e le civiltà, l'ateismo, la libertà religiosa, la cultura, il terzo mondo, la pace;
- l'impegno sociale: laicità e laicismo, il bene comune, la giustizia sociale, il lavoro e la professione, la proprietà, la comunità politica, la povertà, ecc.;
- la testimonianza cristiana e l'apostolato dei laici, con particolare riferimento ai problemi della morale professionale e della spiritualità laicale.

Spetta all' insegnante tradurre piu' concretamente queste indicazioni in un piano didattico che, tenendo conto anche dei limiti di orario e della durata dei corsi sperimentali, consenta di approfondire gli argomenti piu' adatti allo sviluppo spirituale degli alunni.

10.5.1970: GIORNATA MONDIALE DELLE COMUNICAZIONI SOCIALI SUL TEMA "COMUNICAZIONI SOCIALI E GIOVENTU'"

La "giornata mondiale delle comunicazioni sociali", la cui data di svolgimento e' stata fissata per la domenica successiva alla Ascensione, verra' celebrata il 10 maggio.

Questa celebrazione - che ha luogo quest'anno per la quarta volta - e' stata voluta dal decreto conciliare "Inter mirifica" che al n. 18 cosi' recita:

"Al fine poi di rendere piu' efficace il multiforme apostolato della Chiesa circa gli strumenti della comunicazione sociale, ogni anno in tutte le diocesi del mondo, a giudizio dei Vescovi, venga celebrata una "giornata" nella quale i fedeli siano istruiti sui loro doveri in questo settore, invitati a speciali preghiere per questo scopo e a contribuirvi con le loro offerte, che saranno debitamente destinate a sostenere le iniziative e le opere promosse dalla Chiesa in questo campo, secondo le necessita' dell'orbe cattolico".

Il tema "comunicazione sociale e gioventu'" su cui si incentra questo anno la celebrazione della "giornata" e' stato stabilito dalla Pontificia Commissione per le Comunicazioni sociali dopo ampia consultazione con le Commissioni episcopali per le comunicazioni sociali, ovvero con i Vescovi delegati dei diversi paesi.

"Comunicazioni sociali e gioventu'" puo' essere considerato la logica continuazione del tema affrontato lo scorso anno - "gli strumenti della comunicazione sociale e la famiglia" - e offrira' pertanto spunti idonei per ricreare intorno alla "giornata" un ampio interesse della opinione cattolica.

"A quanti seguano attentamente il cammino della nostra societa' - cosi' inizia il testo del documento redatto per quest'occasione da S.E. Rev.ma Mons. Guglielmo Motolese, Arcivescovo di Taranto, Vescovo delegato per le comunicazioni sociali - non sfugge certo la viva tensione che i giovani hanno di uscire dagli angusti confini dell'individualismo (...). Essi avvertono profondamente di non bastare piu' a se stessi, di avere bisogno degli

altri e di avere qualcosa da dare (.) perciò il loro rifiuto di essere strumentalizzati come fruitori di proposte che non rispettano l'insopprimibile esigenza dell'uomo a conoscere la verità e la (.) chiara volontà di essere sempre più presenti non come spettatori, ma come protagonisti della vita sociale".

La Commissione episcopale per il laicato - tramite il Vescovo delegato per le comunicazioni sociali - ha dato incarico all'Ente dello Spettacolo di provvedere alla diffusione di materiale che servisse ad illustrare alla pubblica opinione il significato della "giornata" e del tema che essa, quest'anno porterà alla ribalta.

In questa iniziativa l'Ente dello Spettacolo ha chiesto la collaborazione della Pia Società San Paolo, trovando pronta ed ampia rispondenza. Di comune accordo sono state predisposte le seguenti pubblicazioni:

- 1 - un fascicolo di 64 pagine a carattere popolare in cui si dà ampio risalto, con tono agile e discorsivo, al tema della "giornata" che viene presentata in una panoramica di insieme e in una trattazione particolare per ognuno dei singoli strumenti (cinema, teatro, radiotelevisione dischi, fumetti, ecc.);
- 2 - il numero di aprile del mensile "Vita pastorale" esce come numero unico dedicato interamente alla pastorale degli strumenti della comunicazione sociale e riporta una ricca serie di sussidi educativo-pastorali particolarmente rivolti ai sacerdoti in cura d'anime, che potranno trovare nel fascicolo, oltre all'opportuno materiale di studio e di documentazione, anche utili indicazioni per iniziative da realizzare nell'ambito della comunità parrocchiale;
- 3 - il numero di aprile di "Via Verità e Vita" sarà dedicato alla comunicazione sociale, oggi; il tema è trattato sotto il profilo catechistico e viene realizzato attraverso saggi di vari autori che forniranno il quadro completo degli studi avviati in questo settore che costituirà un utile sussidio per gli educatori.

La diffusione del suddetto materiale avverrà tramite l'organizzazione delle Librerie della S. Paolo, cui potranno fare riferimento tutte le organizzazioni cattoliche (ACI diocesane, Uffici catechistici, Commissioni vescovili per lo spettacolo ecc.) che volessero prestare il loro ausilio per la celebrazione della "giornata".

Anche l'Associazione cattolica esercenti cinema - ACEC - ha predisposto uno speciale numero di "Il nostro cinema" in cui, oltre a una panoramica sull'argomento della giornata sono pubblicati schemi per incontri, lezioni, conferenze in preparazione della "giornata".

L'Ente dello Spettacolo, unitamente al Centro Studi, San Paolo Film, ha in progetto di indire in occasione della "giornata" un concorso sul tema: "giovani per la pace" aperto a tutti i ragazzi d'Italia..

Roma, 23 aprile 1970.

Preghiera dei fedeli (Testo predisposto dalla Sacra Congregazione per il Culto Divino)

Celebrante: In questo giorno dedicato alla riflessione e alla preghiera per la valorizzazione dei mezzi di comunicazione sociale in favore della gioventu', preghiamo perche' specialmente la stampa, il cinema, la radio e la televisione promuovano il giusto sviluppo della personalita' nei giovani e la loro piena maturazione affettiva, culturale e religiosa..

Lettore: 1. Per la Chiesa,
inviata da Cristo ad annunciare al mondo la parola di verita',
perche' aiuti gli uomini ad usare rettamente dei beni del mondo,
per la formazione umana e cristiana sempre piu' cosciente,
preghiamo:

R. Ascoltaci, o Signore..

2. Per tutti gli uomini,
perche' nei mezzi di comunicazione sociale trovino un aiuto a superare le barriere di cultura, di razza e nazionalita', e a promuovere l'unita' e la fraternita',
preghiamo:

R. Ascoltaci, o Signore..

3. Per quanti nel mondo delle comunicazioni sociali, svolgono attivita' artistiche e professionali, perche' siano di aiuto ai giovani nella loro preparazione alla vita, e si considerino mes-
saggeri di bene,
preghiamo:

R. Ascoltaci, o Signore..

4. Per i giovani,
perche' sappiano sempre meglio formarsi al retto uso dei moderni mezzi di diffusione e di comunicazione, onde ricavarne van-

taggio per la loro educazione morale e intellettuale e incitamento agli ideali di amore
preghiamo:

R. Ascoltaci, o Signore..

5. Per i cristiani,
perche' sappiano servirsi efficacemente dei mezzi di comunicazione sociale,
per far giungere a tutti il messaggio cristiano, e facilitare, soprattutto nei giovani, il superamento dell'egoismo e la comunicazione con Dio e con gli uomini,
preghiamo

R. Ascoltaci, o Signore..

Celebrante: O Dio, creatore di tutte le cose,
che hai affidato all'uomo la cura del mondo,
accogli con bonta' la nostra preghiera:
concedi che gli uomini sappiano servirsi dei tuoi doni
per diffondere il messaggio di verita' e di amore
che viene da te.
Per Cristo, nostro Signore..

R. Amen..

7.5.1970: GIORNATA PER LA MORALIZZAZIONE DELL' UTENZA STRADALE

L'Automobil Club d'Italia, previ accordi con la Presidenza della Conferenza Episcopale Italiana, ha organizzato per il giorno 7 maggio p.m., festa dell'Ascensione, una giornata per la moralizzazione dell'utenza stradale..

L'iniziativa, come negli altri anni (cfr. "Notiziario della C.E.I." 1969, n. 4 del 30.4.1969, p. 77), si colloca in prossimita' dell'intensificarsi degli esodi di fine settimana e specialmente del periodo estivo. Diventa percio' una occasione propizia per "richiamare gli utenti della strada ad una profonda e matura coscienza morale della loro responsabilita' nei confronti della vita propria e altrui".

Poche parole potrebbero essere rivolte ai fedeli nel contesto delle celebrazioni liturgiche..

Roma, 23 aprile 1970

